intelligant procurandam; eorumque uſu publico beneficio potientes, curam reparationis ac ſollicitudinem ad ſe non ambigant pertinere. Ita enim ſplendor operis, & civitatis munitio, cum privatorum uſu & utilitate ſervabitur. Dat. prid. Non. April. LUCIO V. C. CONS. 413.

De reditibus domuum, & officinarum, quæ ſunt in porticibus Zeuxippi.

19. Iidem AA. Severino P. [1] P.

QUia [2] plurimæ domus cum officinis ſuis in porticibus Zeuxippi eſſe memorantur: reditus memoratorum locorum pro quantitate, quæ placuit, ad præbenda luminaria [3], & ædificia ac tecta reparanda [4], regiæ hujus urbis lavacro ſine aliqua jubemus excuſatione conferri. Datum 5. Idib. Januar. VICTORE V. C. CONS. 424.

De angiportis & porticibus.

20. Impp. THEODOSIUS & VALENTINIANUS AA. Cyro Præfecto urbi [5].

QUi [6] ſine auctoritate divini reſcripti ad judicium tuæ celſitudinis deſtinandi, angiportus [7] integros vel partes ſuis domibus incluſerunt, ſeu porticus uſurparunt [8]: procul dubio jura priſtina ſacratiſſimæ reddere civitati [jubemus]: multa [auri] quinquaginta librarum non defutura, ſi quis poſthac in ſimilem audaciam prodire tentaverit. Dat. Kalend. Novembr. THEODOSIO A. XVII. & FESTO CONSS. 439.

De Baſilica.

21. Iidem AA. Cyro P. V.

BAſilicam [9] inauratam & marmoribus decoratam, liberam in perpetuum manere, neque alicujus imaginis, aut picturam cujuslibet honoris tabularum obumbratione fuſcari jubemus, neque in aliqua parte ejusdem baſilicæ tabulato quidquam operis ſtationes [10], ergaſteriave conſtitui ſancimus. Illud quoque decernimus, ne in eam equos [11] liceat intromitti, vel nuptias celebrari. Dat. 11. Kalend. Febr. *Conſtantinop.* VALENT. A. V. & ANATOLIO CONSS. 440.

De novis operibus non inchoandis, antequam imperfecta perficiantur.

22. Imp. LEO A. Erythrio.

NEmini [12] Judicum liceat in hac inclyta urbe, vel in provinciis nova opera inchoare; priusquam [13] ea, quæ incepta invenerit a deceſſore vel prædeceſſoribus ſuis, vetuſtate diruta, aut deſidia derelicta, diligenti ſtudio inſtantiaque compleverit: cum ex hoc plurimum laudis acquirat, ſi ea culta & perfecta reddiderit, quæ vetuſta ſunt, & inſtaurationem requirunt, quæque ab aliis initiata & imperfecta reſederant. Dat. 2. Kalend. Martii, *Conſtantinop.* MARCIANO & ZENONE CONSS. 469.

Deſideratur Græca conſtitutio id continens, quod primo cap. l. 26. ſupr. de epiſcop. aud. cavetur, quod miror Anton. Auguſt. non advertiſſe: illius ergo conſtitutionis prior pars hic videatur.

TIT. XIII.
DE RATIOCINIIS [14] OPERUM PUBLICORUM ET DE PATRIBUS [15] CIVITATUM.

Provinciarum rectores & cæteri viri Spectabiles prohibentur diſcuſſores eſſe operum publicorum: & etiam ſiliquam pro ſolido recipere, ut olim faciebant: hujus rei cura defenſoribus civitatum imminente. Salic.

1. Imp. ZENO A. ARCADIO P. P.

JUbemus provinciarum quidem rectores [16] & ſingulas Diœceſeos viros ſpectabiles judices, id eſt, Præfectum Auguſtalem, & Comitem Orientis, & utroſque Proconſules, & Vicarios, una cum ſuis apparitoribus pro tenore generalium magnificæ tuæ ſedis diſpoſitionum, diſcuſſionibus [17] publicis operibus, vel aquæductibus qui ex civilibus reditibus, vel a quolibet ſpontanea munificentia facti ſunt, vel fuerint, modis omnibus abſtinere: nec aliquid quolibet modo, vel quolibet tempore in diſcutiendo civiles reditus, vel facta opera, vel quæ fieri adſolent, unam ſiliquam ſibi ex ſingulis erogandis ſolidis vindicando, aut quodcunque lucrum captando, cum hujusmodi rebus habere commune, utpote patribus [18] civitatum, & curæ eorum deputatis. Qui vero opus aliquod pro ſua liberalitate ſe facturos promiſerint, licet certum ſit eos [ex ſola [19]] pollicitatione, vel pactione ad implendum ſuæ munificentiæ opus neceſſitate juris teneri: nullum tamen eos, vel heredes eorum ſuper facto opere ratiocinium, vel diſcuſſionem aliquam, utpote non integram promiſſam quantitatem ad id opus erogatam, vel inutiliter facto opere, aut alia quacunque ratione, quocunque modo, quocunque tempore inquietudinem ſuſtinere concedimus. Quod ſi vir clariſſimus provinciæ moderator, vel ejus officium, reditus publicos, vel opera publica contra vetitum diſcutiendo, vel unam ſiliquam, aut quodlibet ex iisdem reditibus, vel operibus vindicando ſacratiſſimæ noſtræ legis præcepta tranſierit, quinque quidem officii primates exilio damnati perpetuo, bona ſua civitati, quam læſerint, non dubitent vindicanda: Rector vero provinciæ quinquaginta librarum auri ferietur diſpendio: Hac eadem pœna Spectabilibus quoque Judicibus (licet illuſtri dignitate fuerint decorati) & eorum officiis (ſicut ſuperius dictum eſt) imminente. Dat.*

TIT. XIV.
DE PIGNORIBUS [20] ET HYPOTHECIS.

De pignoris ceſſione.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Timotheo.

DEbitor, qui pignoribus profitetur ſe creditoribus cedere [21], nihilo magis liberabitur. PP. 5. Kalend. Mart. SEVERO A. II. & ALBINO CONSS. 195.

De eo, cui quædam ſpecialiter, & univerſa bona generaliter obligata ſunt.

2. Iidem AA. Lucio.

QUamvis conſtet ſpecialiter [22] quædam & univerſa bona generaliter adverſarium tuum pignori accepiſſe, & æquale jus in omnibus habere: jurisdictio tamen temperanda eſt. Ideoque ſi [23] certum eſt, poſſe eum ex his, quæ nominatim [24] ei pignori obligata ſunt, univerſum redigere debitum: ea, quæ poſtea ex eisdem bonis pignori accepiſti, interim tibi [25] non [26] auferri Præſes [provinciæ] jubebit. PP. 2. Kal. Jul. CHILONE, & LIBONE CONSS. 205.

De acquirenda poſſeſſione.

3. Iidem AA. Maximo.

CReditores, qui non reddita ſibi pecunia, conventionis [27] legem [28], ingreſſi poſſeſſionem [29], exercent, vim quidem facere non videntur: attamen [30] auctoritate Præſidis poſſeſſionem adipiſci debent [31]. PP. Kal. Maji, ANTONINO A. II. & GETA II. CONSS. 206.

Si debitor ſe dicat vi coactum pignori dare.

4. Iidem AA. Bellio.

CUm te pecuniam accepiſſe, & agros tuos obligaſſe fatearis: non habet rationem, quod quereris vi [32] te coactum pignori dare. Si igitur recipere vis rem tuam, ſolve creditori [tuo] pecuniam debitam. Dat. 3. Kal. Junii, ANTONINO A. III. & GETA III. CONSS. 209.

An ſententia lata contra debitorem præjudicet creditori.

5. Imp. ANTONINUS A. Domitio.

PRæſes [33] provinciæ vir clariſſimus jus pignoris tui exequentem te audiet. Nec [34] tibi oberit ſententia adverſus debitorem tuum dicta, ſi eum colluſiſſe [35] cum adverſario tuo, aut (ut dicis) non cauſa cognita, ſed præſcriptione [36] ſuperatum eſſe conſtiterit. PP. Idib. Majis, *Romæ*, DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

De eo, quod propter pignus debitor ſolvit.

6. Idem A. Quinto.

IN ſumma debiti computabitur etiam id, quod propter poſſeſſiones pignori datas ad collationem [37] viarum muniendarum, vel quodlibet aliud neceſſarium [38] obſequium præſtitiſſe [39] creditorem conſtiterit. PP. 3. Kal. Auguſt. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De uſucapione.

7. Imp. GORDIANUS A. Martiano.

USucapio [40] pignoris [41] conventionem [42] non extinguit [43]. PP. Non. Septemb. PIO & PONTIANO CONSS. 234.

1 Præfecto urbi. *l.* 52. *C. Theod. h. t.* 2 *d. l.* 52. 3 De ſumptibus ad præbenda luminaria ædificia & tecta reparanda adde *l.* 11. *ſupr. h. t.* adde quæ ſcripſi *ad l.* 2. ſ. *de aleatorib.* 4 *Reparandæ gratia urbis hujus lavacro, d. l.* 52. 5 Et conſuli deſignato. *Novell. Theod. tit.* 10. 6 58. *Ecl.* 2. *c.* περὶ παραγγελίας ex *tit.* 11. *c.* 19. & 1. Harm. 4. §. 136. 7 Στενωπὸν ἢ στοὰν angiportum vel porticum, *Synopſ. illo loco*, πολλὰς ῥύμας ἢ μέρη τούτων: multos vicos aut horum partes. Harmen. *illo loco.* 8 *l.* 4. *ſupr. h. t. l.* 21. J. 9 Quæ opera in Baſilica inaurata fieri non liceat. 10 *l.* 7. §. 13. *ff. quib. ex cauſ. in poſſ.* 11 Adde *l.* 4. ſ. *de Judæis.* 12 Huc refer *l.* 3. *C. Theod. h. t.* 13 *d. l.* 3.

14 *l.* 2. *ſupr. tit. prox.* 15 Patres civitatum curam habent operum publicorum. *l. un.* J. *h. t.* eorundem fit mentio in *Nov.* 17. 75. 84. 104. 128. 160. Curam quoque armamentariorum habent. *d. Nov.* 17. 128. (quæ & ipſa numerantur inter publica opera) & pecuniæ publicæ. *l.* 1. ſ. *de aleat.* adde *l. ult.* J. *de infantib. expoſit.* adde *l.* 3. J. *de his qui ſponte. l.* 1. J. *quib. muner. excuſ. lib.* 10. *tit.* 55. *l.* 2. J. *de debitor. civit. lib.* 11. *tit.* 32. *l.* 1. J. *de ſolut. & liberat. debit. l.* 46. *ff. de damno.* 16 *Novell.* 17. *c.* 3. 17 Id eſt, curandis. 18 Dixi in *epigraphe ſupr. h. t.* 19 *l. ult.* J. *de diſcuſſoribus.* vid. *l.* 1. *l.* 3. *ff. de pollicit.* adde 54. *Ecl.* 12. *ex tit.* 13. *c.* περὶ τῶν ἐπαγγελλομένων δημόσιον τὸ ἔργον ποιεῖν.

20 Dixi ad *L.* 20. *D.* 1. 21 Pignoris ceſſio non liberat debitorem. *l.* 6. *in fin.* ſ. *ſi certum. l.* 28. *ff. de reb. cred.* 22 Adde *l.* 2. *ff. qui potior.* Cujac. 11. *obſ.* 32. *in fin.* 23 Pignore ſpeciali idoneo, creditor ex generali ſua hypotheca recte non agit. Specialis hypotheca ſecundi creditoris præfertur ſpeciali prioris idoneæ, id eſt, jus retinendi tribuit, quamdiu prima idonea eſt. 24 Id eſt, ſpecialiter. 25 Secundo creditori, hæc enim exceptio datur ſecundis creditoribus, non tertiis quibuscunque poſſeſſoribus. vid. Neguſantium *tract. de pignorib.* 1. *membro. parte* 8. *n.* 9. dixi ad *l. ult.* ſ. *de obligat.* 26 Ut non obſtet *l.* 2. J. *qui potiores.* 27 Pacto pignus propria auctoritate capi poteſt, *ut hic. l.* 11. *in fin.* ſ. *de pignorat. l.* 9. ſ. *ſoluto. l.* 56. *ff. de contrahenda empt.* facit *l.* 1. §. 2. *ff. de arborib. cædend.* vid. Wurmſ. 1. *pract.* 30. *c.* 9. vel ita: pactum de ingrediendis & occupandis bonis autoritate propria valet, & proinde creditorem occupantem a pœna bonorum raptoris excuſat. vid. Neguſantium *tract. de pignorib. membr.* 3. *parte* 4. *num.* 9. vel ita, Creditor qui ex pacto pignus accipit, vim tamen facere non debet, ſed autoritate præſidis poſſeſſionem adipiſci. *Syn. Baſil.* 25. *tit.* 2. *cap.* 27. Goth. Ad intellectum hujus *l.* & *l. pen.* ſ. *de pignorat. act.* vid. Edmund. Merill. *lib.* 1. *obſ. cap.* 7. & de pacto Executivo vid. Joan. Sande *deciſ. Friſic. lib.* 1. *tit.* 12. *defin.* 3. & intellectum *l.* 2. præcedent. cum *l.* 2. *ff. qui pot. in pignor.* ibid. *lib.* 3. *tit.* 12. *defin.* 16. Anſ. 28 Conventionis legem exercere, eſt ſequi conventionem, utique conventione. 29 Pactum, ut debitor a creditore poſſit etiam capi num valeat? ita putat Zaſius 2. *reſponſ.* 8. 30 Quæ mihi licet exigere meo jure honeſtius, melius ac tutius eſt exigere per judicem. *l.* 7. §. 1. *ff. de reb. eor. qui ſub tut. l.* 7. §. 3. *in fin. ff. quod vi. l.* 81. *in fin. ff. de ſolutionib.* facit *l.* 10. J. *h. t.* ita Cæſar Herodi licentiam dedit in liberos, ſed conſilium adjunxit, aſſerens, melius conſulturum, ſi proximiores reges eorumque qui præſunt provinciis, concilium congregaret. *Joſephus, Egeſippus.* adde Cujac. 16. *obſ.* 12. 31 Vid. Menochium *de adipiſcenda poſſeſſ. remed.* 5. & *de arbitr. jud. caſ.* 380. Zoannettum *rerum quotid. c.* 61. Mod. 32 Qui pignus dedit creditori, non aliter mutuare volenti: non dicitur vim pati. *l.* 12. ſ. *de reſcind. vend.* 33 Vid. quæ notavi ad *l.* 7. J. *h. t.* 34 Victoria tertii adverſus debitorem non nocet creditori litis conteſtationem ignoranti, *ut hic. l.* 3. *ff. h. t. l.* 63. *verſ. ſcientib. ff. de re judic. l.* 4. §. 4. *in fin. ff. de appellat.* Secus eſt, ſi pignoris conventionem ſententia præceſſerit. *l.* 29. *in fin. ff. de except. rei judicatæ.* 35 Pignus debitor per colluſionem judiciariam alienans, creditori non nocet: ut & ſententia adverſus eum contumacem lata. Bart. *in l.* 3. *ff. h. t.* 36 *l.* 7. J. *h. t.* 37 Dixi ad *l.* 27. §. 3. *ff. de uſufructu.* 38 *l.* 8. *l.* 25. *ff. de pignoratitia act.* 39 Creditor ſumptus neceſſarios circa pignus factos repetit. *l.* 7. *in fin.* ſ. *de pignorat. l.* 8. *ff. de pignorat. l.* 32. §. 5. *in fin. ff. de adm. & peric. tut.* 40 *l.* 1. §. 2. *D. h. t. l.* 44. §. 5. *ff. de uſurpat.* ἡ χρονία νομή. 25. *Ecl.* 2. *c.* 41. & 3. Harmen. 5. §. 35. id eſt, longi temporis præſcriptio. *l. ult. in fin.* ſ. *de oblig.* 41 Puta pignorati ſervi. 42 An id innuitur uſucapionem pignoris non perfici, ſi conventum ita ſit, ut ne unquam pignus uſucaperetur, ſeu conventione impediri poſſe facultatem uſucapiendi, vel uſucapionem pignoris conventione impediri? An id potius, præſcriptionem pignoris dominii currere adverſus debitorem poſſe, at non hypothecariam? 43 Et ita uſucapto ſervo jus pignoris aut uſusfructus non perimitur, *ut hic. l.* 17. §. 2. *ff. de uſufructu.* Cur ita: cum operæ mihi legatæ perimantur? *l.* 2. *ff. de uſufructu.* Operæ jus dominii ſequuntur, pignus & uſusfructus non item. vid. Cujac. 19. *obſerv.* 23.

Per

Per ſententiam latam in perſonali, non intelligitur creditori ſatisfactum: & ideo poteſt agere hypothecaria. Bald.

8. Idem A. Feſto.

QUamvis perſonali [1] actione expertus adverſus reum vel fidejuſſores ſeu mandatores ejus feceris [2] condemnationem: pignoris tamen adhuc habes [3] perſecutionem [4]. PP. Id. Mart. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De eo, ad quem pignoris dominium translatum eſt.

9. Idem A. Attico.

SI dominium ejus poſſeſſionis, quæ pignori data eſſet, a debitrice domina ad te translatum eſt, eamque poſtea creditor, vel ejus heredes detinere cœperunt: vindica eam rem, Præſide provinciæ curante, ut fructuum [5] deducta [6] ratione, reſiduoque a te oblato, ſi [7] fuerit ſatisfactum, ea poſſeſſio tibi reddatur. PP. 3. Kalend. Octobr. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De debitore conveniendo.

10. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Alexandro.

DEbitores præſentes prius [8] denunciationibus conveniendi ſunt. Igitur ſi [9] conventi debito ſatis non fecerint, perſequenti tibi pignora ſeu hypothecas, quas inſtrumento ſpecialiter comprehenſas eſſe dicis, competentibus actionibus Rector provinciæ auctoritatis ſuæ auxilium impartiri non dubitabit. Dat. 14. Kal. Febr. ipſis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De nominatoribus.

11. Iidem AA. & CC. Euphroſino.

NOminatori [10] pignori capere ſine [11] præſidis auctoritate res nominati non licet. S. 3. Id. Mart. AA. & CONSS.

De inſtrumento non confecto.

12. Iidem AA. & CC. Euſebio.

SI uxor tua pro pecunia, quam accepit mutuo, res proprias obligavit pignori, eique tu ſucceſſiſti [12]: licet inſtrumento ejus facti teſtimonium collatum non ſit: ſoluto [tamen] debito, creditorem de his tibi reddendis ſolenni jure convenies. S. 5. Kal. April. AA. CONSS.

De pignore dato in ſolutum.

13. Iidem AA. & CC. Matronæ.

CUm dominam non [13] minorem vigintiquinque annis ea, quæ obligaverat tibi, jure [14] dominii poſſidere permiſiſſe, & in ſolutum dediſſe, precibus ſignifices: dominæ contractus & voluntas ad firmitatem tibi ſufficit. S. 3. Kal. Maji, *Heracliæ*, AA. CONSS.

De concurrentibus actionibus.

14. Iidem AA. & CC. Apiano.

DIſtractis [15] a debitore pignoribus, creditores poteſtatem habere [16], utrumne perſonali obligatos ſibi, an pignora poſſidentes in rem actione convenire velint, non eſt incerti juris. S. Kalend. Maji, *Heracliæ*, AA. CONSS.

In AUTHENT. de litigioſis. §. ab hoc autem. coll. 8. tit. 13. al. 28. Novell. 112. cap. 1.

H*Oc ita, ſi* [17] *debitor ei non ſatisfaciat ex pretio rei venditæ: quod ut fiat permittitur ei vendere.*

Debitorem non poſſe deteriorem facere creditoris conditionem.

15. Iidem AA. & CC. Baſilidæ.

DEbitorem neque [18] vendentem, neque donantem, neque legantem, vel fideicommiſſum relinquentem, poſſe deteriorem [19] facere creditoris conditionem certiſſimum eſt. Unde ſi tibi obligatam rem probare poſſe confidis, pignora perſequi debes. S. 5. Non. Maji, *Heracliæ*, AA. CONSS.

De eo, qui pecuniam alienam credidit.

16. Iidem AA. & CC. Heroidi.

ET ſi frater tuus non ſuam, ſed ad te pertinentem [20] pecuniam mutuam ſuo nomine dedit, ac pignus accepit: tamen tibi pignoris obligationem quærere non potuit. S. 3. Idus Maji, *Hadrianopoli*, AA. CONSS.

De re empta ex pecunia credita.

17. Iidem AA. & CC. Pontiæ.

QUamvis ea pecunia, quam a te mutuo [21] frater tuus accepit, comparaverit prædium: tamen niſi [22] ſpecialiter vel generaliter hoc tibi obligaverit, tuæ pecuniæ numeratio in cauſam pignoris non deduxit: Sane perſonali actione debitum apud Præſidem petere non prohiberis. S. 12. Kal. Jun. AA. CONSS.

Actionem hypothecariam eſſe in rem.

18. Iidem AA. & CC. Euodio.

PIgnoris vel hypothecæ perſecutio in [23] rem eſt. S. Kalend. Decemb. *Sirmii*, AA. CONSS.

De vi majore, dolo, culpa & cuſtodia.

19. Iidem AA. & CC. Maximo.

SIcut [24] vim [25] majorem pignorum creditor præſtare non habet neceſſe: ita dolum [26], & culpam, ſed & cuſtodiam [27] exhibere cogitur. Datum 17. Kalend. Januar. AA. CONSS.

Si creditor non petat.

20. Iidem AA. & CC. Alexandro.

CReditor ad petitionem [debiti] urgeri jure minime [28] poteſt. Quapropter eo quod vos heredibus Euodiani debere confiditis, oblato [29], & ſi non velint accipere, conſignato atque depoſito: de reddendo pignore hos Præſidali notione convenite. PP. 17. Kal. Febr. AA. CONSS.

Si extraneus debitum ſolverit.

21. Iidem AA. & CC. Vieto.

REs obligatas exterus [30] debito ſoluto liberando, datum petere, non earum dominium adipiſci poteſt. Dat. 2. Kalend. Novembr. *Retiariæ*, CC. CONSS.

De ſecundo creditore.

22. Iidem AA. & CC. Antiochiano.

SEcundus [31] creditor offerendo priori debitum, confirmat ſibi pignus; & a debitore ſortem ejusque tantum uſuras, quæ fuiſſent præſtandæ, non etiam uſurarum uſuras accipere poteſt. PP. 3. Id. Decembr. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

De remiſſione pignoris.

23. Iidem AA. & CC. Macedoniano.

MAjor annis vigintiquinque pignoris conventionem remiſſam, cum hoc ſolum [32] pactum, vel jurisdictio [33] ſecundum ipſius voluntatem tueatur, perſequi non poteſt. S. 18. Kal. Jan. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

De concurrentibus actionibus.

24. Iidem AA. & CC. Marco.

PErſecutione pignoris omiſſa [34], debitores actione perſonali convenire creditor urgeri non poteſt. S. 15. Kal. Jan. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

In AUTH. de fidejuſſ. §. ſed neque ad res. col. 1. tit. 4. Novell. 4. cap. 2.

H*Oc ſi* [35] *debitor poſſideat: alio vero poſſidente inhibetur hypothecaria, donec perſonaliter actum ſit cum reo & interceſſore. Et ſi nec ex hypothecis debitoris ſatisfiat, tunc demum interceſſoris hypothecæ, ſi quæ ſunt, petantur: Quod jus & in heredibus locum habet.*

De morte ſervi pignorati.

25. Iidem AA. & CC. Dracontio.

SErvo, qui fuerat pignori obligatus, defuncto [36]; debiti permanet integra petitio. Dat. 6. Kal. Jan. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

De ſervo pignorato abrepto.

26. Iidem AA. & CC. Mauritio.

SI tibi notarium [37] pignoris titulo debitor tuus obligavit: eum, a quo mancipium abreptum [38] proponis, apud Rectorem provinciæ conveni. S. 4. Kalend. Jan. *Sirmii*, CC. CONSS.

De militia.

27. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

SUper [39] hypothecis, quas argenti diſtractores, vel metaxarii [40], vel

1 Debitor actione perſonali conventus & ob eam cauſam condemnatus non ideo jus pignoris amittit. *l.* 13. §. 4. *ff. h. t. l. un. infr. etiam ob chirographar.* 2 Facere condemnationem, eſt vincere: hoc denique efficere, ut adverſarius condemnetur. 3 Et merito: conſtat enim pecuniam creditori ſolutam non eſſe. *l.* 11. §. 1. *ff. de pignorib. l.* 13. §. 1. *ff. ad SC. Velleian.* 4 Perſecutio pignoris, ejusdem vindicatio. vide Cujac. 15. *obſerv.* 21. 5 Creditor fructus perceptos in ſortem imputat. Quid ſi nondum ſortem exæquant? debitori, aut ejus vicem ſuſtinenti reſiduum offerenti pignus reddere cogitur. 6 Fructus debitum extenuant. 7 *l.* 9. §. 3. *ff. de pign. action.* 8 Si convenit, ne pignus debitoris diſtrahatur, & perpetuam moram ſolvendi faciat, ſolenniter ac teſtibus denunciare eidem poſſum, ut pignus luat, *ut hic.* Paul. 2. *ſentent.* 5. §. 1. *l.* 4. *ff. de pign. action.* eo moram faciente, juſſu judicis pignus vendi poteſt. *l.* 18. *in fin. ſupr. de adm. tut.* alias denunciatio præciſe non requiritur. §. 15. *in fin. Inſtit. de act.* ut male quidam hic adſerunt. adde *l.* 13. *ff. de ſerv. præd. urb.* adde *l.* 3. *in fin.* ſ. *h. t.* adde quæ ſcripſi ad *l. pen. ff. de diſtract. pign.* Cujac. 5. *obſervat.* 31. 9 Debitore moram faciente, pignoratitia agimus. 10 Vid. *l.* 2. §. *ſi eo.* 7. *ff. de adminiſtr. rer. ad civit. pertin. l.* 9. *ff. de minorib.* 11 Citra pactum vel juſſum judicis rem alienam pignori non capimus. 12 Qui pignus accipit, non modo debitori, ſed & ejus heredi pignoris nomine tenetur: licet in inſtrumento nulla ſit heredis facta mentio, nam tacite id conventum intelligitur, ut heredi ſoluto tamen debito pignus redderetur. §. *ult. Inſt. quib. modis re contrahitur.* 13 Vid. *l.* 44. *ff. de ſolut.* Goth. Intellectum hujus l. vid. apud Gaſpar. Roderic. *de ann. reditib. l.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 37. Anſ. 14 Creditor pignus jure dominii poſſidere poteſt. 15 Vid. *l.* 12. J. *de diſtract. pign.* 16 Hodie non habet, vid. quæ dicam *l.* 24. J. *h. t.* 17 Debito recepto creditor jus pignoris amittit. 18 Pignus vendendo, donando, vel legando, debitor deteriorem cauſam creditoris non facit. Quo fit ut ipſum pignus creditor poſſit perſequi. *Synopſis Baſilic.* 25. *tit.* 2. *c.* 48. vid. *l.* 12. J. *de diſtract. pign.* 19 Debitor nullo jure deteriorem creditoris conditionem facere poteſt. 20 Id eſt, alienam. Mutuans alienam pecuniam (non tamen minoris. *l.* 7. *ff. qui potiores*) in dubio ſibi, non pecuniæ domino, jus pignoris adquirit. *l.* 2. ſ. *ſi certum pet. l.* 19. J. *de diſtract. pign.* adde *l.* 52. §. 13. *ff. de furtis.* 21 Empta res ex pecunia credita creditori non eſt obligata, niſi & id quoque ſpecialiter vel generaliter ſit conventum, ut obligata eſſet. 22 *l.* 7. J. *qui potiores. Nov.* 136. *c.* 3. *verſ. Neque enim juſtum.* 23 Vid. *l.* 17. *ff. h. t.* 24 Pignoris fortuitos caſus creditor non agnoſcit, ſed dolum, culpam & cuſtodiam tantum. *Syn. ibid. c.* 11. 25 *l.* 5. 6. ſ. *de pign. action.* 26 *l.* 23. *ff. de reg. jur. l.* 13. *in fin. ff. de pign. act.* 27 §. *ult. Inſt. quibus modis re.* An id perpetuo verum eſt? Cujacius 19. *obſerv.* 24. putat id tantum verum eſſe, ſi ſolius creditoris gratia pignus ſit contractum, non ſi utriusque gratia. *argum. l.* 5. §. 2. *ff. commodati.* ut eo caſu nulla ſit differentia inter commodati actionem & pignoratitiam. 28 Et merito, cum invito beneficium non detur. vid. *l. un. ſupr. ut nemo invitus.* Goth. Senſum hujus l. vid. apud Zanger. *de Except. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 46. Anſ. 29 De oblatione, depoſitione, vid. *l.* 10. ſ. *de pign. act. l. acceptam.* 19. ſ. *de uſuris.* 30 Vid. *l.* 1. J. *de his qui in prior. credit.* 31 Secundus creditor priori debitum offerens, pignus ſuum confirmat. *l.* 8. J. *qui potiores. l.* 12. §. 6. *ff. qui potiores. l.* 5. *ff. de diſtract. pig.* ſecundus, id eſt, noviſſimus. Paul. 2. *ſent.* 13. §. *penult.* poſterior. *l.* 11. *in fin. ff. qui potior.* qui poſteriore loco pignus accepit. *l.* 1. *l.* 5. J. *qui potior.* 32 Nudo pacto pignus remitti poteſt. *l.* 2. *in fin.* J. *de remiſſ. pign.* 33 Id eſt, Edictum Prætoris tuetur nudam pignoris remiſſionem. *l.* 9. *ff. qui potiores.* 34 Liberum eſt creditori, omiſſa perſonali actione pignus perſequi. Quid ſi tertius pignus poſſidet? hodie non eſt creditori liberum pignus perſequi inexcuſſo debitore principali, vel ejus fidejuſſore. *Novell.* 4. *cap.* 2. *Auth. prox.* J. & ita hæc conſtitutio reſtringitur, & *lex* 14. ſ. *h. t.* 35 Reſtringitur *lex* 14. *lex* 24. ſ. *h. t.* Goth. Conciliationem hujus auth. cum *Novell.* 112. & *Nov.* 4. vid. apud Ritterſhuſ. *in expoſit. Nov. p.* 2. *cap.* 2. *num.* 34. & *cap.* 3. Porro de Jure Canonico quidam volunt ceſſare beneficium ceſſionis. Gail. *lib.* 1. *obſ.* 27. Weſenbec. *conſ.* 10. *num.* 4. Anſ. 36 Interitu pignoris reus non liberatur. *l.* 21. §. 2. *ff.* & *l.* 9. ſ. *h. t.* §. *ult. Inſt. quibus mod. re.* & ita creditor debitum petit, etiamſi pignus acceptum non reddat. 37 Servum ſcilicet. 38 Creditor pro re pignori data furto ſubtracta agit furti. *l.* 12. §. 2. *ff. de furtis.* 39 Vide *Authent.* J. 40 Μεταξάριοι 25. *Ecl.* 2. *cap.* 56. ſerici diſtractores: dicam *ad l.* 10. J. *de murilegulis.* Metaxalini Feſtus *in Serici.* Moſchopulus, σηρ ὁ σκώληξ ὁ τὴν μέταξαν ἐργαζόμενος, ἀφ᾽ οὗ σηρικὰ ἱμάτια τὰ μετάξατα. Zonaras in *Niceta* 2. ἐκ μετάξης ἐσθῆτας, αὐτὰς γὰρ αἱ σηρικαί, eſt autem Metaxa non quodvis ſericum, ſed rude αὐτόφυες, neque tinctum neque in fila deductum: ſeparatur a nemate ſerico, *l. ult.* §. 7. *ff. de publicanis & hic.* & *l.* 10. J. *de murilegulis*, a ſericoblatta, id eſt, ſerico in purpureum colorem verſo.

alii

alii quarumcunque ſpecierum negotiatores, pecunias ſibi credentibus dare ſolent, hoc ſpecialiter ſuper amputanda omni machinatione ſancimus, ut ſi poſt hujusmodi contractum liberis ſuis, vel alio modo cognatis, quamcunque militiam [1] iidem negotiatores acquiſierint (eam tamen, quæ vendi poteſt [2], vel ad heredes [3] ſub certa definitione transmitti poteſt) liceat [4] creditoribus eorum etiam non probantibus ex pecuniis eorundem negotiatorum liberos eorum, vel cognatos militaſſe (dum tamen contrarium non probetur, alios ex ſuo patrimonio dediſſe pecunias) creditum ab his, qui militarint, exigere: vel tantum eos eſflagitare quanti vendi eadem militia poſſit. Quod ita obtinere ſancimus, & ſi extraneis [5] quibusdam iidem negotiatores de ſuis pecuniis hujusmodi militiam acquiſiſſe probentur: ut quod generaliter in ipſis debitoribus militantibus talem militiam, quæ vendi, vel ad heredes transmitti poteſt, permiſſum eſt, ut liceat creditoribus, & adhuc viventium debitorum jure hypothecæ vindicare militias, niſi ſibi ſatisfiat, & poſt mortem eorum exigere quod pro iisdem militiis pro tenore communis militantium [6] placiti, vel divinæ ſanctionis tale præſtantis beneficium, dari ſolet: hoc in negotiatorum perſonis, licet ipſi militantes minime debito obnoxii ſint, integrum creditoribus eorum ſervetur. Quod ſcilicet in futuris militiis, non etiam in his, quas liberi, vel cognati eorundem negotiatorum, vel extranei pecuniis eorum meruerunt, tenere ſancimus. Dat. Kalend. Jun. DN. JUSTINIANO A. PP. II. CONS. 528.

In AUTHENT. de exhib. & introduc. reis. §. optimum quoque. col. 5. tit. 8. al. 6. Nov. 53. c. 5. eſt etiam ex titulo de æqualitate dotis, & propter nuptias don. coll. 7. tit. 9. al. 8. §. quia vero & hujusmodi Nov. 97. cap. 4.

Quod obtinet [7], ſi [8] adhuc [9] mutuaverit pecuniam, ut militia emeretur: alioquin filii, aut uxor defuncti omnibus præponentur [10]. Sed & ſi nullus prædictorum fuerit, tunc aliis creditoribus hoc damus.

TIT. XV.
IN QUIBUS CAUSIS PIGNUS, VEL HYPOTHECA TACITE [11] CONTRAHITUR.

De tributis.

1. Imp. ANTONINUS A. Sperato.

UNiverſa [12] bona eorum, qui cenſentur, vice pignorum tributis [13] obligata ſunt. PP. Kalend. Jun. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De contrahentibus cum fiſco.

2. Idem A. Proculo.

CErtum eſt ejus, qui cum fiſco [14] contrahit, bona veluti pignoris titulo obligari, quamvis ſpecialiter id non exprimatur. Dat. 6. Kalend. Mart. MESSALA, & SABINO CONSS. 215.

De fructibus prædii pignerati, & prædiis emptis ex fructuum pretio.

3. Pars ex reſcripto ALEXANDRI A. ad Demoſthenem.

QUamvis fructus [15] pignori datorum prædiorum, etſi id aperte non ſit expreſſum, & ipſi pignori credantur tacita pactione ineſſe: prædia tamen [16] quæ emuntur [17] ex fructuum pretio, ad eandem cauſam venire, nulli prudentium placuit. PP. Idib. Octob. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De debito primipili: & bonis dotalibus.

4. Imppp. CARUS, CARINUS, & NUMERIANUS AAA. Africano.

SAtis notum eſt, & ratione conſtitutum, bona earum in dotem [18] data quæ nuptæ ſunt his qui primipili [19] ſarcinam ſubeunt, obnoxia neceſſitati ejus teneri: verum certo ordine, ut ſcilicet tunc demum ad hoc periculum mulieris patrimonium reſpiciat, ſi univerſis viri ac nominatorum facultatibus exhauſtis, nihil reſiduum invenietur. Datum 5. Id. Auguſt. CARO & CARINO AA. CONSS. 283.

De inductis & illatis in fundum.

5. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Corinthiæ.

SI non [20] inducta, & illata in fundum, quæ pignoris teneri cauſa placuerat, mancipia fuiſſent, nec hæc ſpecialiter obligata monſtrentur: Rector provinciæ ea reſtitui jubebit. Nec enim prætextu debiti penſionum, reſtitutionem eorum morari poteſt: cum, ſi quid ſibi deberi domina fundi ex penſionibus, vel quacunque ratione probare poſſit, hujus ſolutionem ſolenniter fieri conveniat. S. 12. Kalend. Febr. CC. CONSS.

Si tutrix ſecundo nubat, non reddita ratione.

6. Impp. THEOD. & VALENT. AA. ad Florentium P.P.

SI mater legitime liberorum tutela ſuſcepta, ad ſecundas (contra ſacramentum præſtitum) adſpiraverit nuptias, antequam [21] eis tutorem alium fecerit ordinari, eisque quod debetur ex ratione tutelæ geſtæ perſolverit: mariti [22] quoque ejus præteritæ tutelæ ratiociniis bona jure pignoris tenebuntur obnoxia. Dat. 6. Id. [THEOD.] A. XVII. & FESTO CONSS. 439.

De invectis, illatis.

7. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P.P.

SAncimus, de invectis [23] a conductore [24] rebus, & illatis, quæ domino pro penſionibus tacite obligantur, non ſolum in utraque Roma, & territorio earum hoc jus locum habere, ſed [25] etiam in noſtris provinciis. Tali enim juſta præſumptione etiam omnes noſtros provinciales perpotiri deſideramus. Datum 15. Kalend. Novembr. poſt conſulatum LAMPADII, & ORESTIS VV. CC. anno ſecundo 532.

TIT. XVI.
SI ALIENA [26] RES PIGNORI DATA SIT.

De procuratore.

1. Impp. SEVERUS & ANTON. AA. Carpo.

PRocurator [27] citra domini voluntatem domum pignori fruſtra dedit: Si tamen pecuniam creditoris in rem domini verſam [28] conſtabit, non inutilis erit exceptio [29], dumtaxat quod numeratum eſt exſolvi deſideranti. PP. 11. Kal. Nov. SEVERO II. & ALBINO CONSS. 195.

De ſcientia vel ignorantia domini.

2. Iidem AA. Latinæ.

SI probaveris Præſidi [prædia vel] hortos, de quibus agebatur, tuos eſſe, intelligis obligari eos creditori ab alio non potuiſſe, [30] ſi non ſciens hoc egi, & ſi fraudem creditoris ignorantis diſſimulaſti. PP. 10. Octob. ANTONINO A. II. & GETA II. CONSS. 205.

De tutore, vel curatore.

3. Imp. ANTONINUS A. Martiæ.

CUrator [31] adulti, vel tutor pupilli, propriam rem mobilem ejus cujus negotia tuetur, pignori jure non obligare poteſt: niſi in rem [32] ejus pecuniam mutuam acceperit. PP. 6. Kal. Feb. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

De filio.

4. Imp. ALEXAND. A. Secundo.

NEc ſi major annis viginti quinque fuiſſet filius [33] tuus, qui in poteſtate tua erat, te invito rem tuam obligare potuit [34]. PP. 3. Kal. Novembr. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

Si is qui pignoravit, poſtea dominus eſſe cœperit.

5. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Eutychio.

CUm res quæ necdum in bonis debitoris eſt, pignori data ab eo, poſtea [35] in bonis ejus eſſe incipiat: ordinariam quidem actionem ſuper pignore non competere [36], manifeſtum eſt: ſed tamen æquitatem [37] facere, ut facile utilis perſecutio exemplo pignoratitiæ detur. PP. 13. Kal. Jun. MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De prædio quod mater filio donavit.

6. Iidem AA. & CC. Zoſimo.

QUæ [38] prædium in filios a te titulo donationis translatum, creditori ſuo dat pignori, ſe magis contrario pignoratitio obligat judicio, quam quicquam dominis noceat: cum Serviana [39] etiam actio declaret evidenter jure pignoris teneri, quæ obligata ſunt in bonis fuerint: & per alium rem alienam invito domino pignori obligari non poſſe certiſſimum eſt. S. 5. Idib. Jul. Philippop. AA. CONSS.

De tutore.

7. Iidem AA. & CC. Corneliæ.

SI in rem ſuam accepta pecunia mutua tutor [40] mancipium tuum pignori dedit, nec huic poſt [41] perfectam ætatem conſenſum accommodaſti, pignori res obligari non potuit. S. 6. Kal. Jan. AA. CONSS.

1 Militiam liberis, vel cognatis emere licet, *ut hic*: An & exteris? licet. *verſ. quod ita. J̃. h. t.* 2 Militia non omnis emi poteſt. dixi ad *Novell.* 53. *cap.* 5. §. 1. adde *l. 5. infr. qui militare. l. 52. §. 2. ff. de act. empt. l. 3. §. 7. ff. de mun.* 3 Militia non omnis ad heredes transmitti poteſt. 4 Argentarii ſi militiam liberis aut cognatis, *ut hic*, & extraneis, *verſ. quod ita. J̃. h. t.* comparant, militia creditoribus argentariorum obligata intelligitur: quia præſumitur in dubio comparata ex pecunia credita, *ut hic*. Quid ſi argentarii pecunia militiam liberis, vel cognatis emero? militia argentario æqua viciſſitudine obligata erit. *Nov.* 136. *c.* 2. *& ibid. Julianus.* Creditorem cum hic dicimus, eum tantum creditorem intellige, qui ſpecialiter ea lege credidit, ut militia emeretur. *Authent. prox.* adde quæ ſcripſi *ad Novell.* 136. *c.* 2. 5 Extraneis etiam militiam emere poſſumus. 6 Placitum militantium, quod & *caſus militiæ & ſcholæ placitum* in Novellis. 7 Id eſt, jus hypothecæ adquiritur. *Goth.* Vid. Rittershuſ. *Expoſ. Novell. part.* 3. *cap.* 8. Anſ. 8 Qui ſcilicet argentario ſuccedit, aut ipſe argentarius qui alteri credidit. 9 Idque nominatim. 10 Obſerva gradus hypothecæ: Priore loco conſtituitur qui ſpecialiter credidit, ut militia emeretur, deinde dotis cauſa: tertio reliqui creditores.

11 Dixi ad *L.* 20. *D.* 2. *l.* 1. *ſupr. comm. de legat.* 12 Tributaria ſc. vid. quæ dixi ad *l.* 1. *in fin. ſupr. ſi propt. public. penſit.* 13 Fiſcus tacitam habet hypothecam ex cauſa tributorum. 14 Fiſcus tacitam habet hypothecam ex cauſa ſuorum contractuum, & ita accipe *l.* 46. §. 3. *ff. de jure fiſci*, *ut hic.* non ſi privato alicui ſuccedit. *l.* 10. *in princ. ff. de pactis. l.* 2. *ff. de rebus eorum qui ſub tutela.* 15 Fructus rei obligatæ tacite obligari intelliguntur, *ut hic*: ſi extant: alias conſumpti ab emptore non condicuntur. *l.* 16. §. 4. *ff. de pign.* 16 Ratio dubitandi. 17 Emptum ex fructibus rei pignoratæ non eſt in cauſa pignoris. 18 Dixi ad *l.* 2. *ſupr. ne uxor pro marito.* aliud eſt in rebus non dotalibus & paraphernis. *l.* 1. *ſupr. de priv. fiſci.* 19 Si maritus ex adminiſtratione primipili fiſci debitor factus eſt, res uxoris dotales tacite fiſco obligantur, marito idoneo non exiſtente, atque ita hæc lex exceptio eſt ad titulum *ne uxor pro marito.* 20 Fructus coloni tacite obligantur pro mercede: at non invecta & illata, niſi id nominatim convenerit. *l.* 7. *ff. h. t. l.* 32. *ff. de pignor. & hyp. l.* 5. *ſupr. de locato.* Contra in urbanis invecta & illata tacite obligata intelliguntur locatori. *l.* 4. *ff. de pact.* adde *l.* 7. *J̃. h. t.* 21 Dixi ad *l.* 6. *ſupr. ad SC. Tert.* adde *l.* 10. *S̃. de legit. hered. l.* 3. ex *Nov. Theod. de tut.* §. *ult.* 25. *Eclog. cap.* περὶ ἐπιτροπευούσης μητρὸς. *tit.* 2. *c.* 60. 22 Matre nubente non redditis rationibus, liberi ex priore ejus matrimonio nati in ejus, ejusque mariti, id eſt, vitrici ſui bonis tacitam habent hypothecam, *ut hic.* dixi ad *Novell.* 22. *cap.* 40. *& l.* 2. *ſupr. quando mulier tutelæ offic. fungi poſſit.* 23 *l.* 5. *S̃. h. t.* 24 *l.* 4. *ff. de pact. l.* 4. *ff. h. t. l.* 5. *ſupr. de locato.* adde *l.* 5. *ſupr. h. t.* 25 Lex de tacita hypotheca invectorum & illatorum, locum etiam habet in provinciis.

26 Adde *l.* 6. *in fin. J̃. tit. prox. l.* 1. *in fin. ff. de pign. & hyp. l.* 2. *ff. de pign. act.* adde *ſupr. tit. de rebus alienis non alienand.* 27 *l. ult. infr. h. t.* 28 In rem domini verſio pignus conciliat alias invalidum a procuratore conſtitutum. 29 Id eſt, retentio, *l.* 1. *in fin. ff. de pign. l.* 1. *ff. quibus modis pign. l. un. infr. etiam ob chirograph. l.* 26. §. 4. *in fin. ff. de cond. indeb.* 30 Invito domino res obligari non poteſt. *l.* 6. *in fin. infr. h. t.* ſciente & diſſimulante poteſt, *ut hic*, *l.* 11. *J̃. de diſtr. pign. l.* 30. *ff. de rei vind.* res tamen aliena ſub conditione, *ſi debitoris fuerit*, poteſt obligari. *l.* 16. §. 7. *ff. de pign.* 31 Tutor pupilli, Curator rem adulti proprio nomine inutiliter obligant. adde *l.* 56. §. 4. *ff. de furt. l.* 7. *infr. h. t. l.* 7. §. 3. *ff. pro empt. l.* 22. *ſupr. de pact.* 32 *l.* 16. *ff. de pign. act.* adde *tit. de præd. & aliis reb. min. ſupr.* 33 Filius rem patris inviti obligare non poteſt. adde *l.* 1. §. 1. *ff. quæ res pign. l.* 23. *ſupr. de pact. l.* 7. *S̃. de reb. cred.* 34 Licet quodammodo dominus videatur. §. 2. *verſ. ſed ſui. Inſt. de her. qualit.* 35 Adeptione dominii, pignus rei alienæ convaleſcit. *l.* 16. §. 7. *ff. de pign. & hyp.* ut & emptio. *l.* 72. *ff. de rei vind.* 36 Quaſi diceret aliud videri ſtricto jure. 37 Vide quæ notavi ad *l.* 22. *ff. de pign.* 38 Quod mater filio donavit, obligare non poteſt. 39 Servianæ actionis effectus. 40 Vide *l.* 3. *ſupr. h. t.* 41 Ratihabitione pignus inutile confirmatur.

De

De ſervo, procuratore, colono, conductore, actore.

8. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Joanni P.P.

NExum [1] non facit prædiorum, niſi perſona quæ jure potuit obligare. Per ſervum [2] autem, aut per procuratorem [3] colonumve [4], actorem, ſeu conductorem, [ullum] præjudicium poſſeſſioni invito, vel inſcio domino imponi non poſſe, & jure, & legum auctoritatibus declaratur [5]. Dat. Id. Jul. *Ravennæ*, HONORIO XIII. & THEODOSIO X. AA. CONSS. 424.

TIT. XVII.
QUÆ [6] RES PIGNORI OBLIGARI POSSUNT, VEL NON, ET QUALITER [7] PIGNUS CONTRAHATUR.

De his, quæ non continentur generali hypotheca.

1. Impp. SEVER. & ANTON. AA. Optato.

ALumnos [8] tuos, & cæteras res, quas neminem credibile [9] eſt pignori ſpecialiter daturum fuiſſe, generali [10] pacti conventione, quæ de bonis tuis facta eſt, in cauſa pignoris non fuiſſe rationis eſt. PP. 7. Kal. April. LATERANO, & RUFINO CONSS. 198.

De emptionibus agrorum pignoratis.

2. Iidem AA. Rogato.

CUm conſtet pignus conſenſu [11] contrahi: non dubitamus, eum, qui emptiones [12] agrorum ſuorum pignori poſuit, de ipſis agris obligandis cogitaſſe. PP. 5. Kalend. Jul. APRO, & MAXIMO CONSS. 208.

De religioſis.

3. Imp. ANTON. A. Reſtituto.

SI monumento [13] corpus filiæ tuæ intuliſti, religioſum [14] id feciſti: quo facto obligari a quopiam, prohibente juris religione non poſſe, in dubium non venit. PP. 3. Kal. April. LÆTO II. & CEREALE CONSS. 216.

De nominibus.

4. Imp. ALEXAND. A. Evocato.

NOmen [15] quoque debitoris pignorari, & generaliter, & ſpecialiter poſſe, jam pridem placuit. Quare ſi debitor is ſatis non fecerit, cui tu credidiſti: ille, cujus nomen tibi pignori datum eſt, niſi [ei] cui debuit, ſolvit, nondum [16] certior a te de obligatione tua factus, utilibus actionibus ſatis tibi facere usque ad id, quod tibi deberi a creditore ejus probaveris, compelletur: quatenus [17] tamen ipſe debet. PP. Prid. Kalend. Mart. FUSCO II. & DEXTRO CONSS. 226.

De ſpe præmii athletici.

5. Idem A. Septimio.

SPem [18] eorum præmiorum [19], quæ pro coronis [20] athletis penſitanda ſunt, privata pactione [21] pignorari minime admittendum eſt: & ideo, nec ſi generale pactum de omnibus bonis pignori obligandis intervenerit, tenet. PP. 3. Kal. Maji, MAXIMO II. & PATERNO CONSS. 234.

De filiis, & aliis liberis hominibus.

6. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Rufo.

QUi filios [22] veſtros, vel [23] liberos homines pro pecunia quam vobis credebat, pignoris titulo accepit, diſſimulatione ſe juris circumvenit: cum ſit manifeſtum, obligationem pignoris non conſiſtere, niſi [24] in his, quæ quis de bonis ſuis facit obnoxia. S. Kal. Majis, *Heracliæ*, AA. CONSS.

De his, quæ ad culturam agri pertinent.

7. Imp. CONSTANTINUS A. ad univerſos provinciales.

EXecutores [25] a quocunque judice dati ad exigenda debita [26] ea, quæ civiliter [27] poſcuntur, ſervos [28] aratores [29], aut boves aratorios [30], [aut inſtrumentum aratorium [31]] pignoris cauſa de poſſeſſionibus non abſtrahant, ex [32] quo tributorum [33] illatio retardatur. Si quis igitur interceſſor, aut creditor, vel præfectus [34] pagi [35] [vel vici,] vel decurio in hac re fuerit detectus: æſtimando a Judice ſupplicio ſubjugetur. Dat. 3. Non. Jun. *Sirmii*, CONSTANTINO A. & LICINIO CONSS. 312.

8. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Probo Com. ſacr. larg.

PIgnorum [36] gratia aliquid, quod ad culturam [37] agri pertinet, auferri non convenit. Dat. 6. Id. Jun. CONSTANTE & CONSTANTIO CONSS. 414.

In AUTHENT. col. 10. de ſtatutis, & conſuetud. contra eccleſiæ libertatem editis. §. agricultores. & eſt conſtitutio Friderici.

AGricultores circa rem ruſticam occupati, dum villis inſident, dum agros colunt, ſecuri ſint, in quacunque parte terrarum: ita ut nullus inveniatur tam audax, ut perſonas [38], boves, & agrorum inſtrumenta [39], aut ſi quid aliud ſit, quod ad agrorum operam ruſticam pertineat, invadere, aut capere, aut violenter auferre præſumat. Si quis autem hujusmodi ſtatutum auſu temerario violare præſumpſerit, in quadruplum ablata reſtituat: & infamiæ notam ipſo jure incurrat: imperiali animadverſione nihilominus puniendus.

De generali hypotheca, & de bonis præſentibus, ac futuris.

9. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P.P.

SI quis in cujuscunque contractus inſtrumento ea verba [40] poſuerit, *Fide, & periculo rerum ad me pertinentium* [41], vel *per earum exactionem ſatisfieri tibi promitto*: ſufficere ea verba ad rerum tam earum quas in præſenti debitor habet, quam futurarum [42] hypothecam ſancimus: nec ex prioribus ſanctionibus minus habere ſpecialis hypothecæ memoriam videri: cum ſit juſtum voluntates [43] contrahentium magis, quam verborum conceptionem inſpicere. Super qua generali hypotheca illud quoque ad conſervandam contrahentium voluntatem ſancimus, ut ſi res ſuas [44] ſupponere debitor dixerit, non adjecto, *tam præſentes quam futuras*, jus tamen generalis hypothecæ etiam ad futuras [45] res producatur. Dat. 3. Id. Dec. *Conſtantinop.* DN. JUSTINIANO A. PP. II. CONS. 528.

TIT. XVIII.
QUI POTIORES [46] IN PIGNORE HABEANTUR.

Quibus modis ſecundus creditor jus ſuum confirmat.

1. Impp. SEVERUS, & ANTONINUS AA. Secundo.

QUi pignus ſecundo [47] loco accepit, ita jus ſuum confirmare poteſt, ſi priori creditori debitam pecuniam ſolverit; aut cum obtuliſſet [48], isque accipere noluiſſet, eam obſignavit, & depoſuit, nec in uſus ſuos convertit. PP. Kal. Febr. LATERANO, & RUFINO CONSS. 198.

De prioribus tempore.

2. Imp. ANTONINUS A. Chreſto, & aliis.

SI decreto Prætoris, qui [49] de fideicommiſſo jus dixit, in poſſeſſionem fundi hereditarii fideicommiſſi [50] conditionalis ſervandi gratia

1 *l.* 2. *C. Th. de pign.* Obligare nemo rem poteſt, niſi quis obligare poteſt &c. *Syn. Baſil.* 4. *tit.* 4. *cap.* 12. 2 Servus, procurator, colonus, actor, conductor domino invito rem obligare non poſſunt. 3 *l.* 1. *ſupr. h. t.* 4 Διοικητὴς dicitur autore *Syn. ibid.* 5 *Decantatur. d. l.* 2.

6 Dixi ad *L.* 20. *D.* 3. *conjunge tit. S̃. quæ res venire non poſſunt.* 7 Conſenſu, *l.* 2. *J̃. h. t.* adde *l. ult. J̃. h. t. l.* 4. *ff. de pignor.* 8 *l.* 8. *ff. de pignor.* Paul. 5. *ſent.* 6. §. *ult.* Alumni, θρέπτοι, 25. *Ecl.* 2. *cap.* 6. dixi ad Feſtum *in Altellus.* τρόφιμοι. Alumni porro dicuntur, quia Latini non habent nomen quod nutritori opponatur. Servius 10. *Æneid.* ibi: *Charo datus ibat alumno.* Oſtendit itaque Servius *Nutritii* nomen Latinum non eſſe, vel ad alumnum exprimendum non ſufficere. Id merito de alumnis conſtitutum; Ne in generalem obligationem accederent: ſunt enim pene liberorum loco, & a nutritore vel nutrice non ſeparantur. *l.* 3. §. 4. *ff. de homine libero.* & ex nomine educatoris ſunt, *l.* 88. §. 6. *ff. de leg.* 2. a minore viginti annis manumitti poſſunt. §. 5. *Inſtit. quibus ex cauſ. manumitt. l.* 13. *l.* 14. *ff. de man. vind.* Et dubitatur, an ſit in eis locus SC. Silaniano. *l.* 1. §. 10. *ff. de SC. Silan.* & ad eorum ſucceſſionem educator veniat? reſponſum eſt tamen non venire. *l.* 10. *S̃. commun. de ſucceſſ.* an ſit cum alumna connubium? reſponſum eſt eſſe. *l.* 26. *S̃. de nupt.* Eisdem ex teſtamento imperfecto hereditas conſervatur. *l.* 38. *ff. de fideicomm. libert.* dati tutores confirmantur. *l.* 32. *verſ. Similis eſt. ff. de excuſ. tutor.* vide Cujac. *apud Paul. dict. loco.* vid. *l.* 34. §. 1. *ff. de uſufr. leg.* 9 Non credibile non attenditur. 10 Generali obligatione alumni & ea quæ nemo veriſimiliter obligat, non continentur. *l.* 6. *l.* 7. *l.* 8. *ff. de pignorib.* 11 Pignus conſenſu contrahitur, *ut hic & l.* 2. *in fin. J̃. de remiſſ. pign.* Imo re §. *ult. Inſt. quib. mod. re contr.* Hæc inter ſe non ſunt contraria. 25. *Eclog.* 1. *cap.* 1. 12 Id eſt, inſtrumenta emptionis. Qui inſtrumenta emptionis obligat, rem emptam ſeu rem inſtrumenti obligare videtur. adde *l.* 1. *J̃. de donat.* 13 Monumentum obligari non poteſt. 14 Res religioſæ non poſſunt obligari. 15 Nomen generaliter & ſpecialiter obligari poteſt. *l.* 3. *l.* 7. *S̃. de hered. vel act. vend. l.* 18. *ff. de pign. act.* 16 Pignus pignori dari poteſt. *l.* 13. §. 2. *ff. de pignorib.* Qui pignus meum a meo creditore accipit, pignoris adquiſitionem mihi denunciare ſtatim debet: alioquin ignoranter creditori meo ſolvens, pignus evincam.
17 Titio dedi pignus in decem: Titius Mævio dat idem pignus in viginti? non teneor niſi in decem. Quatenus, id eſt, quandiu utraque pecunia debetur, pignus Mævio ſecundo creditori tenetur. *l.* 13. §. 2. *ff. de pignorib.* & tamen pignus, quatenus tantum debeo, tenetur, *ut hic.* 18 Spes præmiorum ex ſacris certaminibus penſitanda pignorari non poteſt pactione privata, *ut hic*: aut ipſamet pecunia ſacra. *l.* 40. *ff. de re jud.* adde & ſtipendium armatorum militum. *l.* 4. *S̃. de execut. rei jud.* Porro præmia, de quibus S̃. conſiſtebant in annonis, obſoniis, penſitationibus, quæ athletis pro indepta victoria totius vitæ ſuæ tempore præſtabantur de publico, exinde, quo in ſuam civitatem invecti fuiſſent, non per portam civitatis, ſed disjecta parte muri, ut Suetonius ſcribit *in Nerone*, & Plinius *in epiſt.* 17. 19 Dixi ad *Novell.* 53. *cap.* 5. §. 1. adde *d. l.* 40. 20 Athletæ pro præmio coronantur. *l. un. J̃. de athletis. l.* 6. §. 13. *ff. de excuſ. tut.* quod pro coronis dabatur corollarium ἐπιστεφάνωμα. Gloſſ. 21 Nam judicis auctoritate poſſunt. *d. l.* 40. 22 *l. ult. ff. h. t.* 23 Filii & liberi homines obligari non poſſunt, quia in bonis debitoris non ſunt. *l.* 12. *& Auth. Imo. S̃. de obl.* 24 *l.* 2. *S̃. tit. prox.* 25 *Interceſſores*, *l.* 1. *C. Th. de pign. l.* 8. *S̃. de officio rectoris provinciæ* ἐκβιβασταί. *Syn. Baſil.* 25. *in fin.* 26 Vide Menochium *de adipiſc. poſſeſſ. remed. S̃. & de arbitr. judic. tractat. caſ.* 378. Gilbertum Regium *lib.* 2. ἐναντιοφανῶν. *c.* 20. Mod. 27 Aliud in debito fiſcali. Et ita quidem in Gallia ſervatur. vide Renatum Choppinum 1. *de privileg. ruſtic.* 7. *num.* 1. aliud etiam, ſi per quadrimeſtre tempus a die ſententiæ moram fecit in ſolvendis decimis, & ita Arreſto Pariſienſi judicatum 8. Kalend. Dec. anno 1573. refert idem Choppinus *ibid. n.* 2. 3. 28 Servi, boves aratorii, inſtrumentum aratorium, puta vomeres & aratra, a creditoribus, & executoribus ſententiarum, aut exactoribus tributorum capi non poſſunt, propter rei ruſticæ & agriculturæ utilitatem omnium communem. *l.* 8. *infr. h. t.* *Auth. Agricultores. J̃. h. t.* & fiſci tributa, *ut hic.* Vix eſt ut hodie conſtitutio ſervetur. In Normania Gallica locum non habet, quoties de fiſci debito agitur. vid. *Franciſci I. conſt. anni* 1540. *Jan.* 8. Et ita judicatum fuiſſe Pariſienſi Arreſto Bugnonius refert in *leg. abrogatis.* Noviſſime ann. 1571. lege lata 8. Id. Oct. confirmata a Senatu Prid. Non. Februar. ann. 1572. Perſonis ruſticorum indultum, ne ob æs alienum qualecunque privatum abducerentur in carcerem. Qua in re legislatores Galli Græcos ſuperant, qui aratra quidem vetabant ob fœnus addici creditori: corpora tamen his utentia, necti permittebant. 2. *Diod.* 3. His adde Ripenſ. *ad l.* 6. *&* 9. *ff. de pig. n.* 57. *& in tract. de peſte.* 3. *par.* 6. *remed. verſ. item boves.* 29 Servos cultores Anianus *d. l.* 1. 30 Quidam hoc extendunt ad inſtrumenta quorumvis artificum neceſſaria. Ad ruſticos revertor. Quid ſi ruſtico nulla alia ſint bona? capi poſſunt. Accurſ. *hic.* Quid ſi ruſticus fundum habeat? una cum fundo poſſunt diſtrahi. Cynus Perticenſis, Roſatienſis, Choppinus 1. *de priv. ruſt.* 7. *n. ult.* 31 Ob civilia debita boves aratorii capi non poſſunt. Eadem ratione lege Attica mactari boves aratorios non licuit, tanquam & ipſius agricolæ & hominis ſocios, atque participes laboris. Ælian. 5. Ariſt. *in Oeconom.* βοῦς ἀντὶ οἰκέτου τοῖς πένησιν ἐστίν. Refert & Plin. 8. *cap.* 45. judicio populi Romani in exilium actum eum qui bovem aratorium occidiſſet, tanquam colono ſuo interempto. & Varro, 2. *de re ruſt.* 5. ſocium laboris agriculturæ, & quaſi colonum occidi, dum bos occiditur: Capitale denique fuiſſe bovem occidi ſcribit: quo loco forte legem quandam Phrygiæ intelligit. vide Stobæum *ſermone* 42. Conſtantinus quoque vetuit, ne boves aratorii deficientibus his etiam qui curſui publico deſtinati ſunt, ab his qui iter faciunt, abſtraherentur. *l.* 1. *C. Th. de curſu pub.* Eo ſpectat quoque conſtitutio quædam Valentis, ne quis vitulorum carnibus veſcatur. 1. *Hier.* 2. *adverſus Jovinianum.* adde de bove aratore Heſiodum *in lib. opera & dies* & Ariſtotelem 1. *Polit.* Aret. *conſil.* 158. boves aratorios, inſtrumenta fundi eſſe refert: quod confirmatur *l.* 4. *ff. de inſtructo.* adde Cujac. 4. *obſ.* 20. 32 Ratio decidendi alia eſt in *l.* 8. *J̃. h. t.* 33 Fiſci debita, tributaque minuuntur, ſi ablatis aratoribus agricultura ceſſet. 34 Εἰρηνάρχος. *Syn. Baſil.* 25. *in fin.* 35 *Pacis, d. l.* 1. 36 *Syn. Baſil.* 25. *in fin.* 37 Dixi ad *l.* 7. *S̃. h. t.* 38 Servos aratorios, *d. l.* 7. 39 *l.* 8. *ff. de inſtructo.* Goth. De furto aratri vid. Petr. Heig. *part.* 2. *quæſt.* 30. Anſ. 40 Quibuscunque verbis pignus conſtitui poteſt. *l.* 2. *S̃. h. t. l.* 4. *ff. de pig.* 41 Obligatio rerum ad nos pertinentium res etiam futuras comprehendit. Idem ſi quis res ſuas obligaverit. Idem in obligatione tacita. Ripenſis *ad l.* 1. *num.* 3. *ff. de pign.* 42 Generali obligatione futura etiam continentur, vid. Romanum *ſing.* 607. Adde Socin. *reg.* 247. ubi notat ex hac lege, Indefinitam orationem ad futura quoque extendi, in juramento tamen & odioſis eam ſententiam non obtinere, ut quæ ſtricti juris ſint. 43 Voluntatem contrahentium magis quam verba inſpici oportet. *l.* 2. *in fin. ſupr. comm. de legatis. l.* 34. *ff. de reg. jur.* 44 Obligatione rerum indefinita, res futuræ etiam intelliguntur obligatæ, & quidem omnes, ſive ſint mobiles & immobiles, jura, actiones, *l.* 4. *S̃. h. t.* merces. *l.* 34. *ff. de pignor.* Ripenſis *d. loco n.* 8. bona emphyteutica adquiſita & adquirenda. *l.* 16. *in fin. ff. de pign. action. l.* 31. *ff. de pign. & hyp.* Ripenſis *d. loco, num.* 10. *& ſeq.* An peculium ſervi obligati? vid. *l.* 1. §. 1. *ff. de pign. & hyp.* An fructus? vid. *l.* 1. §. 2. *ff. de pignor. & hyp.* Caſus ad hanc legem explicandam, vid. *in l.* 1. *S̃. h. t. & l.* 6. *l.* 7. *l.* 8. *ff. de pign.* adde quæ ſcripſi initio hujus legis ex Romano & Socino. 45 Futura etiam obligari poſſe hinc colligunt: cenſent tamen factam obligationem ſub ea conditione, *Si noſtra futura ſunt.*
46 Dixi ad *Lib.* 20. *D.* 4. 47 Prior tempore, potior eſt pignore, niſi poſterior priori debitum offerat. *l.* 2. *l.* 3. *l.* 4. *l.* 8. *J̃. h. t. l.* 11. *ff. h. t. l.* 3. *S̃. ut in poſſeſſ. leg. l.* 5. *S̃. de priv. fiſci.* Paul. 2. *ſent.* 13. §. 8. 48 Vis obligationis, obſignationis & depoſitionis. Paul. *d. loco.* adde *l. ult.* §. 6. *S̃. de jur. delib.* 49 De prætore fideicommiſſario, dixi ad Ulpian. 25. §. 12. 50 Miſſio fit in univerſa bona pro modo judicati, id eſt, judicati ſervandi cauſa, *ut hic, & l.* 3. *in fin. J̃. h. t.* ut & alibi debiti ſive crediti, *l.* 1. *in princ. ff. ſi quis omiſſa cauſa.* & alibi dotis ſervandæ cauſa, *l.* 9. *verſ. denique. ff. de rei vind. l.* 15. §. 4. *ff. de diverſ. tempor. l.* 26. *in fin. ff. ad munic.*

prius